



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 4. Creantur Cardinales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)



ce transferrentur; deinde ut Clerus per <sup>Sæcul.XIV.</sup>  
 quadraginta dies abstinendo a divino ser- <sup>A.C.1312.</sup>  
 vitio noxam expiaret suam; denique, ut  
 universus populus pariter Deo pœnas  
 exsolveret per jejunia & genuum flexio-  
 nes, quæ sibi præscriptæ fuerint. Im-  
 perator pacis causa habuit rata omnia:  
 & Patriarcha conscenso ambone orna-  
 mentis indutus suis absolutionem dedit  
 generalem velut Arsenii nomine. At ex  
 Arsenitis illi, qui episcopatus, abbatias,  
 aliave præmia ex animi sui sententia non  
 obtinere, brevi ad schisma rediere suum.  
 Niphon hoc munus triennio tantum  
 tenuit.

§. IV.

*Creantur Cardinales.*

Eodem anno 1312 die sabbati, quo tri-  
 mestris ecclesiastici jejunium coleba-  
 tur, 23 Decembris Papa Clemens Ave-  
 nione tertiam fecit nominationem Car-  
 dinalium numero novem. Primus erat *Baluz. vit.*  
 Guilielmus Mandagotus ex Archiepis- *to. I. p. 50. 59*  
 copo Aquisextano Episcopus Prænesti- *p. 666.*  
 nus. Ex Lutevana familia veteris no-  
 bilitatis decore clara progenitus primum  
 Nemosensis Archidiaconus, ac Ecclesiæ  
 Tolosanæ Præpositus fuerat. Sub an- *Sup. lib. 39.*  
 num 1295 a Bonifacio VIII declaratus *§. 61.*  
 Archiepiscopus Embrodunensis, & ad  
 com-



Sæcul. XIV. componendum librum sextum decreta-  
A. C. 1312. lium adhibitus est. Anno 1311 ad se-  
 dem Aquifextanam translatus Embro-  
 duni successorem habuit Joannem Dupu-  
 jum Ord. Præd. Cardinalis secundus  
 erat Jacobus Elufanus Episcopus Avenio-  
 nensis, qui postea fuit Papa Joannes  
*Bal. p. 668.* XXII. Tertius, Berengarius Fredolius  
 Episcopus Bliterensis; qui non debet  
 confundi cum patruo suo ejusdem nomi-  
 nis Cardinali Episcopo Tusculano. Ne-  
 pos egerat Ecclesiæ Bliterensis Canoni-  
 cum & Provisorem: anno dein 1309 a  
 Papa Clemente designatus est Episco-  
 pus, ac demum Cardinalis Presbyter de  
 S. Nereo.

*p. 669.* Quartus Arnaldus Aufcensis, qui post  
 obitum Fratris Gualterii Brugensis anno  
 1306 Episcopus Pictaviensis evaserat.  
*to. 2. p. 283.* Tum Papa Clemens eum ærario præfecit  
 suo, & anno 1311 hoc onere libera-  
 vit professus illum sibi rationem perbene  
 reddidisse. Sequenti anno eundem mi-  
 sit in Angliam, Proceres cum Rege re-  
 conciliaturum: ibique adhuc commoran-  
 tem decrevit Cardinalem Episcopum  
*p. 671.* Albanensem. Quintus Guilielmus Petrus  
 Godinus Bajonensis Ord. Præd. Do-  
 ctor theologicæ facultatis Parisinæ, ac  
 Magister sacri palatii, Cardinalis Presby-  
*p. 675.* ter de S. Cæcilia. Sextus Vitalis Fur-  
 nius Vasatinus ex Ordine Minorum, Do-  
 ctor



ctor Theologiæ, Cardinalis Presbyter de S. Martino ad Montes. Septimus Michaël Becus antiqua inter Normannos nobilitate insignis, Decanus Quintinofanensis, Cardinalis Presbyter de S. Stephano in monte Cælio. Octavus Guilielmus Testius Condomiensis, tunc Papæ Nuncius in Anglia, Cardinalis Presbyter de S. Cyriaco. Nonus Raymundus Abbas Severofanensis diœceseos Aturinæ in Vasconia, Cardinalis Presbyter de S. Pudentiana. En Cardinales, quos ultimo renunciavit Clemens V.

Veneti per triennium anathemate devincti hærebant ob causam Ferrariensem: & quanquam anno 1310 Legatos ad Papam miserant, hætenus nulla pactio potuerat confici: tot difficultates obstabant. Mortuo interea Duci Petro Gradenico successerat anno 1311 Marinus Zorsius, & anno sequente Joannes Superantius ille idem, qui Ferrariam ceperat, & sub quo res composita fuit. Cum se difficilem præberet Papa, ad mensam assidenti sistebat se Franciscus Dandulus Venetorum Legatus vestitum vilem & catenam e collo pendentem gerens. Commotus hac submissione Papa 26 Jan. 1313 ad Ducem litteras dedit, per quas Venetis irrogatas censuras omnes remisit, cunctaque ipsorum jura & privilegia restituit.

Sæcul. XIV.  
A.C. 1312.

Sup. Lib. 91.  
S. 34.  
Rayn. 1313.  
n. 31.

§. V.